Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb007_f0381
SourceBoite_007-8-chem | [Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles]
LangueFrançais
TypeFicheLecture
Personnes citéesGroddeck, Carl Theodor
Références bibliographiquesGroddeck, De morbo democratico, nova insaniae forma
RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).
Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par équipe FFL Notice créée le 22/07/2020 Dernière modification le 23/04/2021

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Foucault-fiches/items/show/6022?context=pdf

exstitit. Quae commutatio aut celeri turbulentoque fit modo, si imaginationes ingruentes admodum validae sunt, hisque expugnatae actiones tales existunt, ut individui relationem ad societatem valde immutent. — Vehementia pugnae hinc in conscientia provocatae gravior mentis commotio sentitur, quoad pristinum ego aut nihilo secius principatum obtinet, aut novis ingressis imaginationibus sic complicatum atque penetratum est, ut perfecta exstiterit assimilatio, quae non amplius pugnae ansam praebet. Tum sane animi commotiones cessant, potestque homo iterum tranquille et pluribus rationibus forma recta cogitare; at summae imaginationum deest complexio quaedam et ei opposita in omnibus futuris disceptationibus istius ego principatum exercet non controversum. Altero in casu, si ingruentes imaginationes sat quidem validae sunt, quibus illud ego alienetur, sed propter affinitatem quandam cum imaginatorio complexu istud formante resistentia gravior minus provocatur, certamen quidem minus vehemens, minor animi commotio locum habet, sed eo perfectior pristini ego absorptio, quoniam hoc, novis imaginationibus paullatim penetrantibus, nunquam in conscientiam integrum pervenit. Idem est exitus atque uterque processus eundem mentis morbum adducit, qui modo ortus ratione ac prognosi, quae altero in casu longe faustior est quam in priore, discrepant. Cujus status distinctio ab normali praesertim in initio saepe perdifficilis est, transitus haud raro tam latentes, abnormitates tam pusillae, inconstantes et transitoriae, combinatio imagina-

tionum intactarum tam logica, ut insaniam statuere facile queas dubitare (1).

Signa hic sunt diagnostica: aegrotus certis complexibus imaginatoriis sensim discedentibus aequivalens, ut ajunt, adversus contrarios tum plane perdidit, ut falsa judicia inde enata emendare prorsus nequeat, ac mentis actio potius in eo tantum adhuc constare possit, ut illa ex superstite copia imaginationum, adducendis adjuvantibus confirmet, donec elementa illius ego tam capitalia fiunt, ut hoc ipsum corruptum tamquam inerme abripiatur. Insania est conscientia sui suaeque relationis ad contrarium sublata, signumque ejus est characteristicum, quod „cogitationes per contradictionem sive externam sive internam in tractu suo non amplius inhibentur." (Herbart.) Quae cogitationes quidem non semper logice carent, nam etiam in insano mens, quamdiu omnino adhuc exstat, ex legibus ipsi praefixis, quae cum illa ipsa demum disparent, imaginationes suas confirmare studet. Haec operatio plane normalis et rationalis est; at etiam inflammatae corporis parti sanguis normaliter affluit, nam hic uti illic vitalis energia in spatiis, quae ei usque ad interitum certo praescripta sunt, sese exhibet. Nemo autem morbum, qui via normali sustentatur, pro sanitate duxerit, neque homo id-

---

(1) Lelut, recherches des analogies de la folie et de la raison. (Gaz. méd. 30. Mai 1834.) Marc, die Geisteskrankheiten in Beziehung zur Rechtspflege, übers. von K. W. Ideler, T. I. p. 13 sqq.

BnF MSS